

1510
Figariolum
a Venetis
capitur.

gatus cum se Figariolum in Padi ripa castellum , quod supra Ferrariam est millia passuum XII. cum exercitu contulisset , tormentis positis dirutaque porta , Alfonsi milites in eo qui erant , paucarum horarum spatio ad deditio nem compulit : alterumque item in fluminis ripa e re gione castellum fugatis hostibus cepit : iisque captis equites levissimos flumen trajecit , qui celeritate usi & præ das abegerunt , & agrum illum omnem fuga terroreque impleverunt . Diversa quoque a belli parte Joannes Del phinus Feltriæ magistratus cum iis quas habebat copiis & agricolarum manu complures in Alpibus hostium pagos repente aggressus , in regione quæ Tesinus appellatur , eos plane omnes , qui quidem erant rebus plurimis & ad com meatum & ad mercaturam exercendam refertissimi , interfectis aut fugatis incolis incendit , omni que vastitate re gionem fœdavit : ut damna atque incendia , quæ ii Fel trinis intulerant , prope ex æquo vindicarit . In Istris quo que nonnihil incommodi per illos dies & acceptum & il latum est .

Res a Vene
tis in Fer
rariensi agro
gesse.

Sed ut ad Padum flumen revertamur , Paulus legatus pontem in eo facere cum vellet ad exercitum trajiciendum , ut se cum Julii exercitu conjungeret (quod qui dem ut faceret , Julius ab eo per literas diligentissime petierat) ab uxore Francisci impeditus , quæ naves retine bat , destitit : quingentos tamen equites levissimos cum præfecto eorum Federico Contareno trajecto in navibus flu mine obviam imperatori misit , ut Mantuam redire tu tius posset . Galli enim hostes haud longissime aberant : quos etiam una cum Alfonso eo venturos , impetumque in se facturos , non unis literis nunciisque cognoverat . Maurus sub hæc a Paulo admonitus reipublicæ interesse ut ad se se cum minorum navigiorum classe quamciti ssi me accederet , quatuor navibus Atriani municipii , ubi tunc erat , auxilio reliq'is , cum naviis reipublicæ L. reliquis privatorum hominum prope CC. superato flumine , nullo ab hostibus , qui in ripis se ostendebant , ut eum im pedirent , detimento accepto , ad illum se contulit , ani mum